



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII

X

MONUMENTVM,
VIRI

MAGNIFICI, SVMME REVERENDI, AM-
PLISSIMI, ATQVE EXCELLEN-
TISSIMI

DN. DN.

IO. BAPTISTAE
ROESCHELI,

S.S. THEOLOGIAE DOCTORIS, ET PROFES-
SORIS EXTRAORDINARIJ, PHYSICES
ORDINARIJ,

PATRONI, ET STVDIORVM PROMOTORIS

DESIDERATISSIMI,
IPSO EXEQVIARVM DIE V. IVNII A. clo to CCXII,
POSITVM

CIVIBVS HVNGARIS, VITEMBERGAE VIVENTIBVS.

VITEMBERGAE
LITTERIS AVGVSTI KOBERSTEINI





Oetchelius cecidit, tam clarum nomen
ubique,

Occidit heu! fidus Pannonis oratum.

Excute iam ueteres annales, excute factos,

Num similes multos tu numerare potes.

Hic fuit ille grauis, Sapientum inque ordine princeps,
Ingenio, calamo, iudicioque potens.

Verum uita breuis mediis conatibus obstat,

Iamque Virum tantum contegit urna breuis

Ita summa doctrina Praeceptorem, ac Popula-
rem non sine sensu doloris desiderat

Samuel Bohus, de Ilias falua, N H.

Incipe lugubres iterum mea Musa querelas,

Dum sic fata ferunt, nil nisi triste sona.

Nunc, nunc in primis tristes in funere tanti

Ede Viri uoces, nil nisi triste sona.

Qui Pater, Altor erat, Doctus, Benefactor, & Hospes,

Hunc rapuit misero mors inimica mihi.

O infausta dies, uitam memoranda per omnem

Saepe, sed hic prohibet dicere plura dolor.

Ita Praeceptoris, Hospitis, ac Patroni sui, de seculo supra
quam credi possit, meriti mortem luget.

Ioannes Christophorus Dekard,

Sempron. Hung. SS. Theol. Cult.

Ergo non licuit Patrias inuisere sedes,

Nec sub Pannonici climatis axe mori?

Non unus petiit sacras postulatus, ad aras

A Superis uita, stamina longa TVAE.

At Numen uideo sic in FESTINO subinfert,

Vixisti, debes protinus ergo mori.

TE Deus ante diem iussit concedere fati,

Coelo maturum cum sciat esse caput.

Ita

Lugentis Popularis fidem praestat

Johan. Richter, Modra Hung.

S. S. Theolog. & Phil. S.

Mortuus est Doctus cuius nunc funera stemus:

Qualiter? infraeta spe, stabilique fide.

Quid modo? uixit adhuc fama: quid deinde? resurget,

Vnde? hac ex urna; quando? sonante tuba.

Hac

tristis apposuit

Daniel Lany.

S. S. Theolog. & Phil. Stud.

Quisquis ades, lacrymas floresque insperge sepulchro,
In quo ROESCHELI membra repossa jacent.
Hic recubat uita Sapientia digna perenni,
Hic Literae, hic Musa, hic Cynrhius ipse cubat.
Heu mihi, quid fiet? si cedunt Numina fati,
Si claudunt magnos parua sepulchra Deos,
Quid nos mortales? turbemus fidera planctu,
Nam venit, aut veniet summa repente dies,

Officio et dolori suo satisfactorius haec pauca adiecit

Dan. Hockh. Neosol.

Iam Tua post nimios morbos, densosque dolores
ROESCHELI DOCTOR, fixa iuxta ossa cubent.
His comitor munda perpancis TE ad triste sepulchrum,
Cum summus maeor dicere plura neget.

Petrus Magulács,

Alnovia Hung. S.S. Th. Cult.

Inrede.

Des seel. Verstorbenen an die Hinterlassenen.

Ghr Hinterbliebenen stell't euer Trauren ein/
Wir könn'te besser nicht / als so geholffen seyn.

Joannes Szép.

In tumultum D. Roeschelii.

Obscuro, siste gradum celerem, subsiste Viator
Aspice, quae vilis conregat ossa lapis.
Hic immensa suum reperit Doctrina sepulchrum
Prima hic Pannoniae fama decusque jacet.
Credere quis possit? cessit Sapientia Letho
Atque sub hoc tumulo membra quiete levat.
Judicium jacet hic, jacet ingeniumque sepultum
Quis non miretur talia posse mori?
Quid multis? uno liceat comprehendere verbo
Omnia: Roeschelii hic mortua membra cubant.

Georgius Francitci, Leutichovia Hungarus.

Inrede.

Des Seelig Verstorbenen an die Hinterlassenen.

Gh scheid' nun von EUCH. Und laß EUCH diese LEHRE/
Entfernet Euch der Welt / den Irthum schnöder Pracht.
Die Engel ruffen mich zu meines GOTTes Ehre/
Leb't einig und vergnügt, Ihr Lieben gute Nacht!

Abraham Egidi, Dobner.

SS. Theologiae Cultor.

Que lamenta sonant, que circum turba vagatur?
 Vnde faces, & cur nœmia tota gemunt?
 Roëschelius Doctor, nostræ laus maxima Gentis
 Occidit, atque suos clausit in orbe dies.
 O divam Lacbesin! cuius Tua magne Virorum
 Vim minime potuit flectere cana fides,
 Dignus eras Pyliam superasses qui bene vitam
 Dignus, quem nunquam mors possuisset bumi;
 At majora manent, dicis, me præmia cœli,
 Quam vel dimensus mundus habere potest.
 Nam fruor en! gaudens cum Christo pace perenni,
 Et mea letatur meus in amore DEL.

Samuel Sartorius,
 Csetnekiensis Hung.
 S. S. Theol. Stud.

Plangite, Pannoniæ Ciues, tristissima fata,
 Quæ nobis subito mors tulit, ense graui.
 Hoc Caput, hoc nostrum Decus ingens, ire sub umbras
 Permissu Domini, mors truculenta iubet.

Haec
 Summa cum tristitia apposuit
 Zacharias Decard.
 SS. Theol. et Phil. Cult.

OFelix nimium cui post pia funera vitæ
 Corporis exuvias prompta recondit humus,
 Spiritus alta petens prorupto carcere carnis
 Cœlestis vitæ gaudia larga capit,
 Cur hominem lugens ex omni parte beatum?
 Cum simul & nobis ista terenda via est.

Joannes Schmidt, Hung.

Hoc jacet in tumulo divino numine plenus.
 ROESCHELIUS vera VIR probitate grauis.
 Ergo rosas hospes, da lilia blanda Viator,
 Molliter extineti ut corporis ossa cubent.
 Sit pietas custos tumuli, Probitasque decora,
 Et sedeat moerens, ad pia busta fides.

David Frühauff, Leutschov. Hung.
 SS. Theol. Cult.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118




387

X

MONVMENTVM,
 VIRI
 MAGNIFICI, SVMME REVERENDI, AM-
 PLISSIMI, ATQVE EXCELLEN-
 TISSIMI
 DN. DN.
 IO. BAPTISTAE
 ROESCHELI,
 S.S. THEOLOGIAE DOCTORIS, ET PROFES-
 SORIS EXTRAORDINARIJ, PHYSICES
 ORDINARIJ,
 PATRONI, ET STVDIORVM PROMOTORIS
 DESIDERATISSIMI,
 IPSO EXEQVIARVM DIE V. IVNII A. d. b. CCXII,
 POSITVM
 CIVIBVS HVNGARIS, VITEMBERGAE VIVENTIBVS.

VITEMBERGAE
 LITTERIS AVGVSTI KOBERSTEINIL



Farbkarte #13

B.I.G.

